



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 52. Altercatio inter Theologos Gallos, & Hispanos de loci prærogativa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

§. LII.

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

*Altercatio inter Theologos Gallos, &
Hispanos de loci prærogativa.*

Ut horum articulorum discussio magis expedita redderetur, ipsi Theologi sese in quatuor classes dividebant, ita, ut earum singulæ de articulis sibi traditis disceptarent. Hæc divisio a Lotharingio Cardinale facta erat, eo ordine, ut primo loco Pontificis Theologi, & secundo Doctores Sorbonici suas sententias promerent: verum Pagnanus, qui Piscario a secretis erat, & Martinus Gastellus, qui jam prius ad Concilium destinatus a Rege, Lunensi Comiti a secretis venerat, cœperunt ea de re obstrepere, quod ex eo, cum Galli generatim præferrentur Hispanis, ferretur sententia de controversia inter duos Reges: porro id neutiquam se passuros denuntiarunt: conati ecquidem sunt Præfides illis ostendere, quod Theologorum Ordinæ in loquendo nihil sit commune cum Oratorum ordine in sedendo.

*Pallav. &
Sarp. l. c.*

Tandem ut hoc dissidium componeretur, conventum est, ut, quemadmodum primus ex prima classe sit Theologus Pontificius, & hunc Theologi Galli sequerentur, ita primus ex secunda classe sit Theologus Hispanus: Verum Salmanticensis Episcopus, aliique Do-

G 3

ctores

Sæcul. XVI. ctiores Hispani prima noctis hora Lega-
A. C. 1563. tos adibant, affirmantes, quod huic di-
 spositioni acquiescere non possent, cum
 post Salmeronem Papæ Theologum ex
 prima classe quatuor Doctores Galli
 admitterentur, hacque ratione ad sta-
 bilendam Franciæ Regis prærogati-
 vam, quæ tamen in controversiam ad-
 duceretur, via sterneretur: porro quoad
 privilegium Parisiensi Academiæ con-
 cessum iidem respondebant, quod illud
 duntaxat intelligi possit respectu æqua-
 lium, non vero illorum, qui in gradu sunt
 antiquiores, cum hæc concessio perin-
 de accipi non possit, ut novellus Doctor
 Sorbonicus cuiquam Seniori ex aliis
 Academiis præferendus sit: ardentem
 igitur efflagitarunt Hispani, ut eodem
 modo, quo inter Patres suscepti
 Episcopatus ordo attenderetur, sic
 inter Theologos obtentæ Laureæ
 ratio fervaretur. Ceterum cum tar-
 dior noctis hora novam rei discussio-
 nem tunc non permetteret, necesse
 fuit, indictum postero mane cœtum re-
 vocare.

§. LIII.

Hæc lis a Legatis composita.

Ceterum Cardinalis Lotharingus, cu-
 jus animi celsitudo ejusmodi cavil-
 lationibus intendere respuebat, haud
 gra-